Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

CXVIII

Item adeps vz in dolore auri-
um gutta in aurem distilletur si
prouenit a causa frigida Item adeps por-
cinus confortat omnia neruosa et
quia in aure multi sunt nerui igitur etc.

Xilon uel alio nomine
xilscon est planta
habens folia oblonga
et acuta et habet
hastam asperam ad quantitatem
unius cubiti et habet duas radi-
ces paruas quarum una est sicut
alia Nota quod est calida et sicca in fine
secundi vsque ad principium tercii aduer-
tens Nota si radix commiscetur
cum vino et olibano et emplastratur
et educit res infixas corpori sicut
spinas etc. Item radix mulieri
[illegible] prouocat. Item radix superior bi-
bita cum vino prouocat libidinem
et radix superior bibita valet
in doloribus coliacis

Xilaloes est lignum aloes
et alio nomine ab Auicenna
dicitur agagel. De
ortu huius ligni doctores maxime
discordant. Aliqui dicunt quod crescat
in paradiso et ramis qui cadunt
propter vetustatem deferuntur cum
aquis versus homines et recipitur
Aliqui dicunt quod sit radix cuiusdam
arboris que euellitur et plantatur
et fit conuersio in lignum quod tunc
aloes dicitur. Sed credo quod nullus
sciat eius originem. Et de operibus
dictum est in capitulo simplicium
incipiencium ab A.

Ypoquistidos est planta
quedam grossitudine habens
ad quantitatem digiti parue
altitudinis et succo eius vtuntur
Dicunt aliqui quod sit species fungi
rose canine Nota quod est frigida et sicca
Vnde virtus eius similatur vir-
tuti balaustie que est frigida et sicca in
secundo Nota quod est res valde valens
ad prohibendum fluxum matricis
ad [illegible] et ad angulum oculi. Item
valet in prima obtalmie et
valet ad constringendum ventrem et
valet ad prohibendum fluxum [illegible]
Item vz in testiculorum vlceribus
et vz in vlceribus fraudulentis

Yreos est planta que alio
nomine appellatur lilium
celeste. Dicit Platearius
quod yreos et yris sunt eiusdem virtutis
et vnum pro alio ponitur et si-
miles sunt in folijs et effectibus
nisi quod gerit purpureum florem
et yreos album. Nota quod secundum Auicennam
est calida et sicca in tercio. Nota puluis
radicis eius consolidat et valet
in fistulis et vlceribus difficilis
consolidacionis Item succus radicis
educit aquam citrinam de ydropi-
si et ledit stomachum et epar, et ideo
dicunt aliqui confortatiua stomachi
et epatis secundum datur Item succus
eius valet in passionibus pectoris
nam facit exscreare et ex succo
radicis et viol. fit loch. Item
abstergit pannum faciei lenti-
ginem. Vnde ex puluere radicis
albi et farina orobi et oleo fiat
linimentum Item est bonum caput
purgium in appoplexia et epilepsia
et remouet coriscam Item succus
foliorum et radicis cum melle de-
coctus ad spissitudinem consolidat
vulnera Item succus radicis aperit
emorroydes et ex eo fiat

> quod educit fle(gma) grossum imbibitum Item vz in asmate et oleum eius vz in passionibus pectoris Na fiat

129